



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 99. Irritus Cleviæ Ducis conatus in reconciliando Saxoniae Electore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

## §. XCIX.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1547.

*Irritus Clevicæ Ducis conatus in re-  
conciliando Saxonæ Electore.*

Dum hæc interea geruntur, Ferdinandus Romanorum Rex Joannem <sup>Thuan. l. 4.</sup> n. 3. Dubravium Olmucensem Episcopum, aliosque Consiliarios ad Pragensem conventum ad diem decimam octavam Aprilis indictum ablegavit. His datum erat negotium, ut Ferdinandi absentiam apud Regni Ordines excusarent, præcipue vero eis injunctum erat, ut ab illis postulent, quatenus a foedere cum Saxonie inito, & armis omnino discederent: si vero id exequi renuerent Bohemi, cunctis in hoc conventu decernendis sese opponere erant jussi, si vero morem gesserint, tunc permittere jubebantur, ut omnia ex præscripto legis agantur. Ceterum cum Protestantium factionem nuper Electoris Brandenburgici defectio iniunisset, ac Cæsar mira dexteritate Germaniæ urbes in officio contineret, pluresque civitates sua eidem obsequia deferre certatim accurrerent, ipseque Bohemorum tumultus nonnisi contemptu eludere videretur, hinc Saxonæ Elector cunctis hisce adversis rerum suarum vicisitudinibus plurimum turbatus, opem in Sybilla conjuge sua quærere cogebatur.

O 2

tur.

Sæc. XVI.  
A.C. 1547.

tur. Hanc igitur obsecrat, ut datis ad  
Cliviæ Ducem fratrem suum literis eun-  
dem rogaret, quatenus in Cæsaris ca-  
stra veniret, ac pro Marito, si fieri pos-  
set, pacem exoraret. Accesit ille, mul-  
tisque precibus, ac rationibus a Cæsare  
petiit, ut præteriorum veniam Saxo-  
ni concederet: verum Cæsar eidem a-  
cerbius respondit, non prius de venia  
Saxoni impetranda deliberatum iri,  
nisi prius ipse supplex se Cæsaris arbi-  
trio permisisset, cum igitur Elector se  
spe sua dejectum cerneret, unice inten-  
sus erat, ut se propriis armis pro viribus  
tueretur, hinc ut eo facilius suæ ditio-  
nis terras trans Albim fitas propugna-  
ret, summa celeritate flumen trajecit,  
totis viribus Cæsarianorum impetus ar-  
cere paratus.

§. C.  
*Prima Synodi Congregatio post Se-  
fionem sextam.*

*Pallav. hist. Cons. Trid. l. 9. c. 1. n. 5.* Rebus ita constitutis interim Tridenti  
crebræ habebantur Congregatio-  
nes, in quibus cuncta pro septima Sy-  
nodi Sessione prævie disponerentur.  
Harum prima erat Generalis die deci-  
mo quinto Januarii celebrata, in qua de  
articulis ibidem discutiendis agebatur:  
Præprimis vero Montanus Cardinalis

de